

Missale Monasticum (1896)

PRÆFATIO

In Festis S. Ioseph, Sponsi B. Mariæ Virginis

Sequens Præfatio dicitur in Festo, in Solemnitate et per Octavam S. Ioseph. In Missis votivis dicitur: Et te in veneratione.



Per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Sursum corda.

R. Habemus ad Dominum.

V. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

R. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Et te in Festivitate beáti Ioseph débitis magnificáre præconiis, benedicere et prædicáre. Qui

et vir iustus, a te Deíparæ Virgini Sponsus est datus: et fidélis servus ac prudens, super Famíliam tuam est constitútus: ut Unigénitum tuum, Sancti Spíritus obumbratióne concéptum, patérna vice custodíret, Iesum Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam láudant Angeli, adórant Dominationes, tremunt Potestátes. Cæli, cælórúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti iúbeas deprecámur, súplici confessiône dicéntes.

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, pro sua quoque pietate erga Sanctum Ioseph, Beatæ Mariæ Virginis Sponsum et Catholicæ Ecclesiæ Patronum, superscriptam Præfationem propriam, in Missis de eodem Sancto Ioseph ubique locorum in posterum adhibendam, approbavit, atque in futuris Missalis Romani editionibus rite inserendam iussit. Die 9 aprilis 1919.

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinæ, S. R. C. Præfectus.

L. ✠ S.

ALEXANDER VERDE, Secretarius.

Neapoli, die 14 Maji 1919.
Concordat cum originali
IANUARIUS CAN. MUZZI, Fisci Patr.

Imprimatur
ANTONIUS CAN. LAVIANO Vic. Gener.

Neapoli - Typis Pontificis M. d' Auria

English Translation:

FOR THE CITY AND THE WORLD: Our Most Holy Lord Pope Benedict XV, upon the advice of the Sacred Congregation of Rites, and also out of his own devotion toward Saint Joseph, Spouse of the Blessed Virgin Mary and Patron of the Catholic Church, has approved the above-written proper Preface, to be used henceforth everywhere in Masses of the same Saint Joseph, and has ordered that it be duly inserted in future editions of the Roman Missal. **9 April 1919.** ✠ A[ntonio] Cardinal Vico, Bishop of Porto and Santa Rufina, PREFECT of the Sacred Congregation of Rites. 14 May 1919.

MANY HAVE called it "the most elegant yet accessible hand-missal ever published." The 3rd edition of the *St. Edmund Campion Missal* includes dual ORDO MISSAE sections—one for use at the **High Mass** (with full-color images, music, and ancient manuscripts), and one for the **Low Mass** (simple and streamlined). Including a breathtaking English translation by Monsignor Ronald Knox, it is the 'definitive guide' to both versions of Holy Week: 1950 vs. 1962. ✠ Learn more: <https://www.ccwatershed.org/campion/>